




N 248







I. A Description and Figure Of the true *Amomum*, or *Tugus.*

S E N T

From the Reverend Father *George Camelli*, at
the *Phillipine Isles*, to Mr. *John Ray* and
Mr. *James Petiver*, Fellows of the Royal
Society.

De *Tugus*, seu *Amomo legitimo.*

RAcemoso *Tugus*, seu *Birao*, aliis *Caropi* viso florumi
fasciculo : degustato ejusdem uvæ acinis, seu ob-
longo semine & facta collatione cum Botanico-
rum *Amomi* descriptionibus *Tugus legitimum* Dio-
scoridis esse *Amomum* decrevi.

Est autem *Tugus* planta quandoque ultra cubitos novem
assurgens, folio simile plantæ *Tagbac*, seu *Bagongbonque* excipe
quod

quod parte prona suavi obſitum ſit lanugine venofiuſus præterea, longius & ſuaveolens. Ad plantæ radicem ſeu caulis trunco, ex foliacei cauliſ meditullio racemiformis, & piftillo ſeu Amomonti florū ſaſciculo non adeo ſimilis prorumpit florifera, & granigera foliolorum ſequipalmaris congeries, floſculis exornata rubicundis, quibus uvæ in longiusculum proteinæ collum ſeu floris tubuli reliquias ſubsequuntur; dulci & paucō cortice unde à Muribus & Avibus unà cum ſemine plerunque depaſtæ, pauca admodum & exigua colligi potest quantitate. Quare & olim raturum fuſſe, nec paſſim naſci *Virgilium* inſinuare videtur: dum ſpondet quod *Aſſirium* vulgo naſcetur *Amomum*.

Hæ uvæ quina communiter, aut ſena continent ſubiuffa, oblonga, inæqualia, aromatica, *Amuyong* minus acria, & cubaribis Officinarum ſuaveolentiora grana, ſeu acinos, ex quibus trajecto filo nunc per ſe nunc lociatis *Margaritis*, ac *Corallio*, nonnullæ puellæ Indicæ *Caropi* ſeu monilia ac armillas concinnare ſolent.

Aliæ ex hiſ, & ſemine *Belmufci*, iis *Maricom*. *Arundinis Lithospermis*, iis *Tigbi*. *Cannæ Floridæ*, iis *Ticaſicas*. *Pifi cocccinei* iis *Saga*. *Amomonti* præterea *Badiang*, & *Calanos* ſeminibus ſimilia nectere affueverunt. Oh gratum vero quem ſpirant odorem grana *Tugus* collo appenſa gerunt ab infecto etiam præſervare aere & iictui mederi *Scolopendriæ*, mafticata ſi ſuper impionantur experientia docuit. *Radix* ſimilis eſt radici *Tagbac* ſeu *Calami odorati*, insipida, alba interne, de foris rubicundis & ſubodoratis Cæpaceis contecta obvolucris. Ex *Borongam* ſcripto accepi, in caulium apicibus aliū & hunc inodorum ferre fructum, quem neclum vidi. Idem *Indi Indianenses* mihi affirmarunt: fed eos hallucinari cenſeo, & plantam *Tacbac* (*Tagbac*) pro *Tugus* vidiffle putto.

Provenit in *Borongam* & *Paranas* caput ex aliis Insularum *Samar*, & *Leyte*, locis. Nec dubito in *Luzone* quoq; reperiri, maximè *Silanii* in torrentium profunditatibus.

Nota florū *Tugus* recentia & tenella germina, aliquantum *Pseudo amomum* *Garciae pedem Columbinum* referens exprimunt. Ne autem quidquam deſideretur mihi unà cum hiſ ſcriptis plantæ delineationem, & ſimiliorem castaneam eſſe ovo non-deerit qui objiciat, quam folia *Tugus* foliis *Mali Punici* quod lubens confeſſerim, fed quicquid *Dioscorides* & *Plinius* de *Amomo* tradidere ſolummodo de florigerio & ſemine turgente *Tugus* racemo

racemo intelligenda esse censeo, utpote quibus integra & ipsa planta non innotuit. Hunc enim *Tugus thyrsum* deprehendet. *B. L.* exiguè fruticare *Palni* videlicet, plusve minusve altitudine: ex ligno subrutto, seu lignosa materia, flosculis & folliculis foliis *Mali Punici* similibus sese in racemi modum convolvere, sive ut *Barth. Merula* vertit esse fructum similem botruo inveniet semine uvis parvis simili, si feminis carnosum spectet tegumentum, plenum, valde odorato & acre gustu, vim habente calefaciendi, adstringendi & exsiccandi & cætera legitimi *Amomi* signa, ut pedis *Columbini* effigiem si diligenter investigaverit. *Amomum in Turcomania Armenæ provincia* provenire scribit *J. Botero Benes.* f. 99. p. 2.

